



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Virtutes Theologicæ, quæ in Deipara refulgent, n. 7

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

in pace vitam finierit; & infra: Fuit, inquit, plena charitate, & dilectione: ideo sequitur eam purpuratorum exercitus, & canastatorum grex. Quam si diligentius aspicias, nihil virtutis est, nihil speciositatis, nihil candoris, gloriaq; quod non ex ea respiciat, ideoq; bona circumstantia eam flores rosarum, & lilia consualsum, ut virtutes virtutibus fulcrantur, & formositas decore castitatis augeatur sic ille. Ceterum hæc ipsa Sophionij interpretatio tandem eodem cum nostra recidit, ideo enim martyres & Virgin Deiparam gloriosam stupare tradit, quod earundem virtutis dilectionis, mortificationis, & virginis meritis, quibus illi præstant, & ipsa præfulserit.

Quasnam virtutes infusus accepit Deipara.

AT rogabit quispiam, quasnam virtutes Deipara diuinitus infusas accepit, & an eius virtutes fuerint heroicæ. Ad primum dico, Deipara in sua immaculata conceptione collatas esse cum gratia iustificante omnes virtutes, quas Theologi vocant per se infusas, & omnia Spiritus sancti dona; quod facile ex ijs, quæ Sancti supra allati docent, colligitur, & rectè probat Suarez tomo 2. in 3. part. disp. 8. sect. 2. non tamen habuit continentiam, quæ imperfectionem heroicæ virtuti contrariam involuit, ut infra dicemus, ubi etiam agemus, quomodo penitentia virtutem Virgo sanctissima abique vilo perfectæ innocentia præiudicio accepisse potuerit. In eodem quoq; suæ conceptionis exordio virtutes omnes morales, etiam quas dicunt per accidens infusas, eidem sunt tributa, tum quia primis parentibus, ex Suarez loco citato, fuerant infusæ, quare & Deipara non sunt negandæ; tum etiam quia fomes in eius conceptione fuit extinctus v. c. 7. diximus: eiusque appetitus perfectissimè ordinatus, ita ut nullum concupiscentia motum senserit, quod a commendatissimè sit per virtutes suo genere acquisitas, & conaturales: hæc enim nostros affectus moderantur; Virtutes enim per se infusæ, ut ait Suarez loco citato, cum sint altioris ordinis, faciliè passiones efficacitas compauiuntur.

Suarez.

Accipit virtutes per accidens infusas.

VIRTUTES DEIPARÆ Heroicas fuisse.

Quia sine virtutes heroica, quia hæc.

AD illud verò de virtutibus heroicis suppono ex doctrina S. Thom. in 3. p. q. 8. art. 2. ad 2. habitum illum heroic. vel diuinum de quo Arist. in 1. 7. Eth. c. an non differre à virtute com-

moniter dicta, nisi secundum perfectione modum, in quantum scilicet aliquis est dispositus ad bonum altiori quodam modo, quod communiter omnibus competat, & h. nec Thom. concludit Christum Dominum habuisse quidem virtutes, sed perfectissimè ultra communem modum, ac proinde heroicæ, additq; Plotinum poluisse quendam sublimem modum virtutis, quas dixit esse animi purgati. sic ille. Ex quibus constat heroicam virtutem differre à virtute communiter dicta, non quidem materia, & ratione formali, cum sub eodem motu ad idem objectum tendat, sed eximio quodam gradu perfectionis, quem connotat, ut scilicet parum, vel nihil habeat de admixtione vitij oppositi, nec retardetur per passionem inordinatam insurgentem in appetitu, sed expedita sit, ac facilis ad perfectum virtutis actum eliciendum. Quocirca S. Thomas 1. 2. q. 54. art. 3. vult virtutem heroicam disponere ad actum conuenientem cuidam superiori naturæ supra humanum modum, & in 1. 2. quæst. 68. art. 1. ad 1. & super Matth. c. 5. docet merita virtutis heroicæ esse, vel actus donorum Spiritus sancti, vel actus virtutum, secundum quod perficiuntur à donis. His positus huic petitioni de Deipara Supplementum Gabrielis in 4. dist. 49. q. 8. art. 3. dub. 2. ita responder: Hæc inquit virtutes heroicæ habuit Virgo MARIA, nimirum in summo, & quadam eminentia specialiter omnes enim virtutes fuerunt in ea intensissima, & perfectissima, quia heroica. & modo nobilissimo, quia infusa à Deo, ut multi volunt: & in nullo profus impedita, sed Dei gratia stabilita, & firmata. hæc Supplementum Gabrielis.

VIRTUTES THEOLOGICÆ, QUÆ in Deipara resurgunt.

Sed veniamus iam ad Deipara virtutes singulatim explicandas, hoc enim erat alterum, quod in initio huius capituli tractandum proposuimus. Et quidem, si omnes easq; præclarissimas atque innumeras sanctissimæ Virginis virtutes, quæ ex sacra Evangeliorum historia colliguntur, expendere velimus, in immensum profectò opus exerceret: nec vero in necessarium duxi, cum in hoc opere sparsim de earum plenisque nobis plenius agendum sit, & noster Franciscus Arias in libro de Imitatione Virginis eas pie, ac luculenter exequatur, nonnullas tamen ex præcipuis, quæ

quæ in ea veluti fulgura ex diuino Throno emicant. hoc loco enucleatius proponere, oportet præmium me facturum existimavi. Et ut à fide, spe, & charitate, (quæ reliquis antecedunt propter objectum suum formale nobilissimum, circa quod versantur, quod est Deus, à quo, & Theologicarum naturæ sunt nomen) exordiamur: Deipara inter alias heroicas, quibus claruit, virtutes, ijs in primis prædita fuit. Nam in charitatis intentione, ac perfectione, suæ Angelos spectes, suæ homines, uni Christo secunda fuit, quod ex immensitate ejus gratiæ, quæ, ut in superioribus præsertim capit. 13. vidimus, si Christi animam excipias, Deipara cæteris omnibus longè, multumque præstat, liquidò apparet. Charitas verò ex D. Thom. 2. 2. quæst. 8. art. 4. & quæst. 24. art. 12. ad 5. si non est idem re ipsa cum gratia, at saltem eandem inseparabiliter comitatur & sanè, quæ proportionè augetur gratia, eadem crescit, & charitas. Fides verò, & spes licet propter imperfectionem beatitudini repugnantem, quam includunt, in Christo qui semper fuit comprehensor, locum non habuerint, in Deipara tamen, quæ viatrix erat ijsque egebat, fuerunt: sed illa eas in gradu perfectissimo suæ gratiæ proportionato accepit.

Quare si sermo sit de fide, ac spe, quibus non tantum homines fideles, sed etiam Angeli ante suam beatitudinem ex D. Thoma in 2. 2. q. 51. art. 1. præditi sunt, Deipara certè in fidei, & spei magnitudine, ac perfectione omnium prima simpliciter, & absolute est censenda, cum Christus Dominus, qui semper fuit comprehensor; fidem, quæ est de non visis, & spem, quæ est de beatitudine non habita, nequaquam habuerit, ut docet S. Thomas 3. part. quæst. 7. art. 3. & 4. Hinc fit, ut Deiparæ ab Ecclesia identidem in Ecclesiastico officio accommodetur illud Eccles. 24. Ego mater pulchra dilectionis, timoris, & agnitionis, & sanctæ spei; Quoniam, inquit S. Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 17. §. 3. in dicta auctoritate notantur tres illæ virtutes theologicæ, quas Virgo non solum in se habuit in mente, earumque actus produxit, & in alijs procurat. Charitas enim notatur ibi (Pulchra dilectionis) unde procedit timor reuerentialis. Fides ibi (Agnitionis) per eam enim habetur cognitio de necessarijs ad salutem (& sancta spes) quod dicitur ad excludendam unam spem. hæc S. Antonin. verùm de singulis hisce virtutibus aliquid breuiter perstringamus.

Sanè Deiparæ fides à S. Elisabeth tanto prære illis verbis laudatur: Beata, inquit, quæ credidisti, quoniam persequeris eam, quæ dicta sunt tibi à Domino: de hac fide Irenæus lib. 3. contra hæreses cap. 33. Quod Virgo, inquit, Eua ligauit per incredulitatem, hoc Virgo Maria soluit per fidem Augustinus lib. de sancta Virginitate. Beator, inquit, Maria percipiendo fidem Christi quam concipiendo carnem Christi & mox: Materna propinquitatis nihil Maria profuisset nisi felicissimum corde, quam carno gestasset. Idem sermone 18. de sanctis: Eua, inquit, percussit, Maria sanauit, pro inobedientia enim obedientiam commutatur, fides pro perfidia compensatur. & iterum, Circumdat, inquit, virum Maria Angelo fidem dando, quia Eua perdidit virum serpenti consentiendo. & sermone 17. de Natali: Fides Maria eolum operuit cum Angelo nunciante consensit. hæc Augustinus. Bernardus quoque sermone signum magnum, miris laudibus effert hujus fidei magnitudinem, quam Deipara in Christi Iacarnatione cum tanta humilitate conjunctam prætulit; ita ut altera alteram non minueret, sed potius illustriorem redderet: Ineffabilis, inquit, artificio Spiritus superueniens tanta humilitati magnanimitas tanta credulitatis in seruetario virginis cordis accessit, quod videlicet, nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem, sed cum in sua estimatione tam humilis esset, nihilominus & in promissionis credulitate magnanimitas, ut quæ nihil aliud, quam exiguam sese reputabat ancillam, ad incomprehensibile hoc mysterium, & admirabile commercium, ad inscrutabile sacramentum nullatenus se dubitaret eleuam, & veram Dei, & hominis genitricem crederet mox futuram. hæc Bernardus, qui hac occasione plura ad mores pulchre subinfert, docetque in electis ex Dei gratia fieri, ut eos nec humilitas pusillanimes, nec magnanimitas faciat arrogantes. Abulensis paradoxo 1. c. 30. in Deipara fidei præstantiam ex alio capite expendit: Gabriel, inquit, legationis suæ verba proposuit, Domina nostra firmiter tenuit, hoc Deo operante sine ulla difficultate perfici posse, licet conceptum virginium omnis naturalis virtutis terminos excedere liquidissime cognoscebat, consensit autem tanquam verè obediens fieri matrem Dei, in quo multa laudis digna exiit: captiuando omnem intellectum in obsequium fidei sicut ait Apostolus 2. Cor. 10. hæc Abulensis. 2. Cor. 10. Propterea Iudeofonius sermone 4. de Al

Fides Dei
para.
Luc. 1.
Irenæus.
Augustin.

Bernard.
Ierem. 31.

Abulensis.
Luc. 1.

Iudeofon.
2. Cor. 10.

Deipara sumpt. Deiparam vocat FIDE PERSPICUA. Nam, ut rectè Ambrosius lib. 2. in Lucam expendens illa verba: *Quomodo fiet istud, & c.* Liqueat, inquit, quod faciendum esset creditur: qua, quomodo fieret, interrogavit, unde & meruit audire: Beata, qua, credidisti. & verè beata, qua Zacharia Sacerdos prestansior, cum Sacerdos negasset, Virgo correxit errorem. Nec mirum si Dominus redempturus mundum operationem suam inchoavit à matre, ut per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum haberet ex pignore; & bene qua sicut, quomodo fieret: legerat enim quia Virgo conceperat, sed non legerat quomodo generaret: tantis namque mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promenaum: hodie primum auditur, & creditur, Spiritus sanctus supervens in te. hæc Ambrosius. Idem iuper illa verba S. Elisabeth: Beata qua credidisti. Vides, inquit, Mariam non dubitasse, sed credidisse. & ideo fides fructum consecutam, sic ille. & Augustinus lib. 16. de Civitate cap. 24. Non est inquit, Virginis Mariae dissidentia: quod ait, Quomodo fiet istud, quoniam, virum non cognosco. Quod enim futurum esset, certa erat; modum, quo fieret, inquirebat; & hoc cum quaesisset, auditur, Spiritus sanctus supervens in te. sic ille. Deipara quoque fidem tempore Dominicæ passionis veluti in nocte tribulationis, & angustia sibi propter filii compassionem nimis tenebrosa, solidam, atque ardentem servavit; quod satis ostendit, dum filio in crucem suffixo fortiter affuit neque eius crucem erubuit domi se abdendo, sed palam in publicum produit, & ut Christi passionibus magis communicaret, illum secuta stabat juxta crucem eius: cum cæteris verò mulieribus ad unguendum corpus eius (quem firma fide tertia die resurrecturum credebat) nequaquam accessit, ut propterea Proverb. 31 de muliere illa foris (qua cap. 4. Deiparam significari indicavimus) dictum sit: *Non extinguitur in nocte lucerna eius; in cuius rei memoriam in officio hebdomadæ sanctæ reliquis candelabri triangularis candelis extinctis una accensa remanet, quæ in Deipara fidem resurrectionis explicitam perpetuam inconcussam significat, quod plenius cap. 11. explicavimus. & ex eiusdem fidei magnitudine factum est, ut summa animi fortitudine, atque constantia, confirmatione prærens affiterit, licet eius animam dolens gladius juxta Simeonis vaticinantem.*

Hanc verò Deiparæ fidem tempore Dominicæ passionis eleganter colligit S. Thom. in 1.ª parte super verba illa cap. 63. quæ ex passiona Christi de sua cruce proferuntur: *Torcular calcavi solus, & de genibus non est vir meum, scilicet, in auxilium inquit, S. Thom. quia tempore passionis eo relicto omnes fugerunt, & dicit signanter (vir) propter B. Virginem in qua nunquam fides defecit. Cant. 1. Bonus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi, hæc S. Thomas Abulensis paradoxo 1. c. 31. Deiparæ fidem extollit, Quod præ omnibus Apostolis passionis Dominicæ tempore firmiter in ea sine ulla, inquit, scrupulosa habitatione permanserit, ideo quantum ad istam fidem Domina nostra singularibus laudibus tuulatur, sola quæ præconijs miris attollitur, & ponitur tanquam C. A. P. V. omnium credentium, sic Abulensis.*

Virtus porro spei in Deipara perfectiùs fuit, quod probat S. Anoninus loco citato, tñ quia beatissima Virgo perfectissima charitate prædita erat; quæ ut auctor est D. Thomas 1.ª p. quæst. 62. art. 4. cum sit omnium virtutum mater, nunquam est sine aliis virtutibus tanquam filiabus suis; tum etiam quia cum spes, inquit S. Anoninus, sit certa expectatio futura beatitudinis ex gratia, & meritis procedens secundum magistrum in 3.ª sent. d. 22. alii sancti, & sancta que certitudinem scientia non habent de meritis suis. & gratia, sed per conjecturas, ideo nec certam expectationem habent de sua beatitudine, sed conditionalem, si habeant gratiam & merita; id Beata Virgo Maria Dei parvus erat certa se esse gratia plenam, unde & certa de sua beatitudine, quam Virgo sanctissima expectabat, & propter perfectam & abundantem spem dicitur Eccles. 24. in persona eius, Ego mater pulchra dilectionis timoris, agnitionis, & sancta spei. huculque S. Anoninus.

Et licet spes quod spectat ex parte Dei propter suam omnipotentiam & misericordiam, qua potest, & vult omnes homines salvos fieri, sic certa; admiscetur tamen timor, propter illud, quod est ex parte nostra, propterea enim monebat Apostolus Paulus Hebræorum 12. *Cum metu, & tremore vestram salutem operamini;* quæ testimonia sacrum Concilium Tridentin. sess. 6. cap. 13. ad hoc ostendendum affert, *Nescit enim homo (teste Salomone Eccles. 9.) mirum amore, an odio dignus sit.* At verò Deiparæ spes cum sit eximita divinæ bonitatis notitia, & ex cognitio-

August.

Proverb. 31

Off. Eccl.

1.ª p. 2.

Drigen.

Spei.

S. Thom.

1.ª p. 62.

art. 4.º

2.ª p. 17.

art. 1.º

S. Anoninus.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

Magister.

1.ª sent.

d. 22.

se, qua se in gratia confirmatam esse noverat procederet, idcirco abique ullo metu ac timore admixto erat praestantissima.

9. Nec solum virtus spei in Deipara fuit eximia, verum etiam ipsamet propter eius efficacissimam apud filium suum intercessionem, & maternam, quam de nobis gerit curam spei nostrae magna pars dicitur, quare in precatione illa Ecclesiae, cuius initium est, *Salve Regina*, ei dicimus, *Es spes nostra salve*, & merito, nam Eccles. 24. non tantum ex ipsius persona dicitur, *Ego Mater sancta spei*, verum etiam & illud, *in me, inquit, omnis spes vita, virtus*, ideoque sibi peculiariter devotos ad se invitat illius verbis, quae proximè subnectuntur. *Transite ad me omnes, qui concupiscistis me, & à generationibus meis, hoc est à filio meo quem genui, implemini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & haereditas mea super mel & favum.* & S. Augustinus sermone decimo octavo de sanctis, quem Ecclesia in Breviano legit die nona Septembris. haec ad Deiparam verba habet. *Accipe, quod offerimus, redona quod rogamus; excusa quod timeamus, quia tu es spes unica peccatorum, per te speramus alicuius veniam, & in te beatissima nostrorum est expectatio praemiorum.* haec ibi Epiphanius verò oratione de laudibus Virginis. *MARIA M, inquit, interpretari solemus Dominam, atque SEMPER peperit enim Dominum, qui est SPES totius mundi, nempe Christum.* haec Epiphanius. Ad haec fides Apostolo ad Romanos 15 capite Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem probatio vero spem, facile colligere possumus praestantiam spei, qua praedita fuit Beatissima Virgo ac Dei Genitrix, cum (ut omitam caetera, quae in tota sua vita invicta fortitudine toleravit) in passione centè filii ex eisdem compassione, ut capite decimo & undecimo ostendimus, tot tantaque admirabili patientia, nec non constantia propter Deum singulariter pertulerit.

Quoniam autem spes, quam Apostolus Heb. 6. *Anchoram animae salutis, ac firmam* vocat, quod animam inter inquieti huius mundi fluctus instar anchorae in Deo firmam reddat in eodem Deo fundatur, ac nititur: ideo Pl. 32. in nomine sancto eius spem suam se collocasse proficitur David, & Plalm. 39. Beatus esse pronunciat vir ille, cuius est nomen *Domini spes eius*. At verò hoc non en Domini, in quo spes nostra esse perhibetur Proverbion 18.

dicitur *Turris fortissima*; quod eos, qui ad se confugiunt, exaltet, protegat, ac tutos efficiat, eisque vires ad resistendum daemone conferat, iuxta illud Isa. 40. *Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assumunt pennas sicut Aquila, currens, & non laborabunt; ambulabunt, non deficiunt.* Hinc fit, ut Deiparae spes rectè per Turrim eburneam Cant. 7. significetur illis verbis: *Collum tuum sicut turris eburnea*: quemadmodum enim collum capiti proximè unitur, ita Deiparae spes Deo, in quo nitetur tot nominibus coniunctissima fuit, assimilatur verò hoc collum turri ex ebore, quod candore, & soliditate maxime conspicuum est, ut spei eius ad Deum munitissima, & eximia celsitudo instar turris, innocentiae quoque, & puritatis candor, atque in innocentiae puritate stabilitas, quae ad spem maxime roborandum conferunt, instar eboris indicentur: hac enim vitae sanctitudo Deipara à vana illa spe, & praesumptionis vicio quàm remotissima fuit: praesumptio siquidem, quae quis exempli causa gloriam sine meritis consecuturum se sperat, vel alia ratione inaniter praesumit ex D. Thom. 2. 2. quæst. 21. at. 3. & 4. advertitur sanctae spei, cuius Deipara matrem le Eccles. 24. proficitur.

10. Charitas verò Virginis beatissimæ, quae erga Deum, & proximum mirificè flagrabat, variis typis in sacris literis adumbratur, significatur enim per candelabrum templi aureum septem lucernis ardentibus instructum: Per aurum mundissimum, quo arcantus, & solis erat desurata: Per aurum item solum nimis thioni Salomonis eburnei, Per coccum bis tinctum ad cortinas Tabernaculi, Sacerdotisque vestes conficiendas adhib. tum haec enim eximia Deiparae charitas de qua cap. 3. plenius differuimus, veluti Dei vexillum in eius anima erigebatur, iuxta illud Cant. 2. *Introduxit me in cellam umbratam, ordinavit in me charitatem*, vox enim illa hebraica (*ordinavit charitatem*) idem est, ac si Latine dici posset: *Vexillavit charitatem*, quo verbo significatur charitatem in se tanquam Dei vexillum erectam, per quam ipsa ostendebatur esse ipsius Dei, cuius vexillum in se levatum gerebat: per hanc etiam perpetuò parata erat ad Dei voluntatem exequendam, non secus ac fideissimi milites sub vexillo Regis dilectissimi constituti ad subita imperia prompti. Huius porro, qua Deipara in Deum flagrabat, dilectionis eximiam

M in 3;

Offic. Eccl. Eccl. 24.

August. 10.

Epiphani. 1.

Rom. 15.

Heb. 6.

Plalm. 32.

Plalm. 39.

Prov. 18.

Isa. 40.

Deipara est turris eburnea. Cant. 7.

S. Thom.

Deiparae charitatis.

Exod. 25. 3. Reg. 10. Exod. 26.

Cant. 2.



- Method.* magnitudinem, & pretium inæstimabile, Methodius oratione in hypapantem, Thefauri metaphora aptè indicasse videtur, cum eandem illis verbis affatur: *Salus dilectionis Dei Thefaurus.* & S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 24. agens de processione, quæ in Ecclesia fit in honore Deiparæ: In die Purificationis inquit candelas accensas gestamus in manibus. Lunc ardentissimæ charitatis Virginis designantes, & eam in nostris operibus habere proferentes, hæc ille Quare S. Bernardinus tomo secundo sermo. 51. art. cap. 2. *Virgo, inquit, semper habuit continuum aspectum ad Dei beneplacitum, promptumque consensum, semper gerebat in mente beneplacita divina adimplere ita S. Bernardin.* Et S. Bonaventura in speculo ca. 4. eleganter præstantiam charitatis Deiparæ erga Deum ex verbis illis: Magnificat anima mea Dominum, ab eadem Deipara prolatis, sic probat: anima, inquit, quod amat, hoc magnificat. & in hoc exultat, idcirco anima MARIÆ Deum decentissimè magnificavit, & in Deo firmissimè exultavit, quia Deum excellentissime amavit, de cuius amore Hugo de sancto Victore, Quia, inquit, in corde eius amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne eius Virtus Spiritus sancti mirabilia faciebat. hæc Bonaventura. Eandem Hugonis sententiam citat D. Thomas opusc. 8. Atq; hæc de Deiparæ virtutibus theologicis.

VIRTUS RELIGIONIS IN
Deipara.

Religio Deipara.
Ambros.
Genes. 12.
S. Thomas

SED ut nonnullas ex reliquis Deiparæ virtutibus percurramus, initium ducemus à religione, quæ hominem ad divinum cultum ordinat, quam Ambrosius sub devotionis nomine lib. 1. de Abraham Patriarcha c. 2. testatur virtutem esse ordine primam, & cæterarum fundamentum, meritoque Deum eam ab Abraham primam exegisse, cum dixit: *Exi de terra tua, & cognatione tua, & de domo patris tui.* quamque D. Thomas 2. 2. q. 81. art. 6. inter alias virtutes morales præeminere affirmat. Hujus vero Religionis insignis exemplar Deipara omnibus dedit, cum tertio suæ ætatis anno ad templum præsentata, & à parentum divulsæ gremio, divino obsequio mancipata est, ibique infantie, ac pueritiæ ætatem spirituales rebus vacans, in sanctis sanctorum, ut supra diximus, traduxit religiosissime: quod ubi cap. 8. ostendimus, qua in te dum reli-

licta parentum domo à seculari strepitu aliena, in Templo uni Deo vacat, vitæ etiam religiosæ specimen quoddam nobis exhibuit, ut cap. 37. dicemus, ubi eam castitatem, paupertatem, & obedientiam, quæ ad tria religionis vota spectant, sanctissime coluisse ostendimus, & ex Cathusiano 1. sent. dist. 16. quæ st. 2. post filii Ascensionem illud felicissimum collegium centum viginti virginum eius obsequio & regimini deputatarum sapienter instruisse referemus, quod in eodem cap. 31. admodum venustissime fuisse, uberius demonstrabimus. Nec mirum eius in Deum religio, atque pietas enituit in sollicita Christi Dei, & hominis educatione, & obsequiis erga eundem, usque ad eius crucem qui forti animo præsens astitit, exhibitis: quam sollicitudinem, satis præ se tulit cum filium duodennum, qui ea incia in templo remanserat, dolens in Ierusalem reverbera triduo diligenter quæsit, & tandem læta invenit.

Legis item divinæ servandæ in his, quoque ad quæ minime tenebatur, fuit studiosissima, purificationis legem sponte subivit; quod infra & cap. item 37. uberius demonstrabimus. Templum quotannis ex Nazareth cum filio statotis in lege temporibus non sine longi itineris labore adire solebat, quamvis ea lege mulieres minime tenebantur, sed soliviri, juxta illud Exod. 23. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo. Quod si religionis virtus in templorum constructione: ac dedicatione, & in oblationibus elucet, quanta fuit Virginis religio, quæ anima & corpus suum templum Spiritui sancto dicavit, quod Dei filius sua in habitatione consecravit? quæ filium suum in die Purificationis Deo Patri oblationem gratissimam juxta ac dignissimam obtulit? Huc etiam referri possent orationis eius sublimitas, atque præstantia. Sed de hac aliquando fusius infra in hoc capite agemus.

Actus vero octo Beatitudinum, de quibus Matthæi cap. 5. in sermone Domini in monte, cum sint perfecti actus virtutum disponentes ad æternam, & cœlestem beatitudinem; quomodo perfectissime fuerit in Virgine, probat de singulis Alb. Mag. apud S. Antoninum 4. parte titulo 15. cap. 24. §. 1. quem consulat, qui volet. Nos enim peculiarem de his beatitudinibus disputationem non instituimus; quod multa, quæ de his, dici possent in his, quæ de